CHARLES VI. à Paris, en Octobre 1382.

Fin des Lettres de Confirmation de Guy.

quociens Prepoſitus Mailliaci-Ville *mutatus fuerit, has Convenciones tenere jurabit; hoc itaque filius meus Philippus voluit & conceſſit. Et ut hec omnia majoris firmitatis robur obtineant, Ego & Yolendis Comitiſſa uxor mea preſentem paginam Sigillorum noſtrorum munimine roboravimus.*

Quod ut ratum ſit & firmum, & inconcuſſum impoſterum habeatur, Ego Guido Comes Nivernenſis & Forenſis *& Ego* Matildis *uxor ejus, Libertates & Convenciones ſupradictas, ſicut in preſenti Carta continetur, approbamus & laudamus, & preſentem Cartam Sigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari.* Actum anno gracie milleſimo ducenteſimo viceſimo nono.

Suite des Lettres de Charles VI.

Nos Litteras ſupraſcriptas & omnia & ſingula in eis contenta, ſi & quatenus dicti Burgenſes & habitatores ipſius Ville, ipſis Litteris & earum contentis uſi fuerunt debite temporibus retroactis, laudamus, approbamus, ratifficamus, & auctoritate noſtra Regia tenore preſentium confirmamus. Quapropter damus preſentibus in mandatis omnibus Juſticiariis & Officiariis noſtris preſentibus & futuris, & eorum cuilibet, ac Locatenentibus eorumdem, quatenus predictos Burgenſes & habitatores ipſius Ville, preſentes & futuros, & eorum quemlibet, predictis ac noſtris preſentibus Litteris & earum contentis [a] *moto predicto uti & gaudere faciant & permictant pacifice & quiete, ipſos vel eorum aliquem nullatenus moleſtantes vel moleſtari in contrarium permittentes; & ſi contra premiſſa vel aliquod premiſſorum attemptatum fuerit, illud ad priſtinum ſtatum & debitum reducant & reduci faciant indilate. Quod ut firmum & ſtabile perpetuo perſeveret, noſtrum preſentibus Litteris fecimus apponi Sigillum: Salvo in aliis jure noſtro, & in omnibus quolibet alieno.* Datum *Pariſius,* menſe Octobris, anno Domini milleſimo CCC.^mo octogeſimo ſecundo, Regni vero noſtri tercio.

Per Regem, ad relacionem Conſilii. YVO.

[a] modo.

CHARLES VI. à Paris, le 18. de Decembre 1382.

(a) Mandement pour faire fabriquer des Gros Deniers d'Argent.

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France. A noz amez & feaulx les Generaulx-Maiſtres de noz Monnoyes: Salut & dilection. Oye la ſupplicacion de *Robert Mouclet* Maiſtre de noſtre Monnoye de *Sainct Quentin*, contenant comme en eſperance de faire faire & ouvrer en icelle Monnoye autelles & ſemblables Monnoyes que Nous faiſons faire en aucunes de noz autres Monnoyes, il ait de vous prins ladicte Monnoye par certain pris & convenances; & il ſoit ainſi que ſans noſtre congé & licence il ne puiſſe ouvrer en ladicte Monnoye de *Sainct Quentin,* Gros Deniers d'Argent telz comme Nous faiſons faire & ouvrer en aucunes de noſdictes Monnoyes, qui ont cours en noſtre Royaume pour douze Deniers Pariſis la Piece; laquelle choſe eſt en ſon grant prejudice & donmaige, ſi comme il dit, requerant ſur ce luy eſtre par Nous pourveu. Nous inclinans à la ſupplicacion dudit Robert, vous mandons que juſques à la ſomme de II. M.[b] d'Argent allayé à XI. deniers VI. grains fin, vous faictes ouvrer & monnoyer en ladicte Monnoye de *Sainct Quentin*, dedans la fin d'ung an prouchainement venant, à compter du jour de la date de ces preſentes; c'eſt aſſavoir en Gros Deniers d'Argent à ladicte Loy, & de [c] VIII. Sols de poix au Marc de *Paris;* dont ledit Maiſtre-Particulier aura & lui ſera compté CXV. Sols Tournois, & trois grains de remede pour chacun Marc, & III. Sols Tournois pour Marc d'euvre; pourveu toutes voës que leſdits II. M.[d] d'Argent ſoient apportez & prins hors de noſtre Royaume; & par rapportant ces preſentes, ou *Vidimus* d'icelles collacionné par noſtre Chambre des Comptes, avec certifficacion des Gardes ſur ce, ledit pris de CXV. Sols Tournois ſera alloüé ès comptes dudit Maiſtre-Particulier, par noz

[b] *Marcs.* Voy. cy-deſſous, Note *(a).*

[c] *de 96. Pieces au Marc.*

[d] *Marcs.*

NOTE.

(a) Regiſtre *E.* de la Cour des Monnoyes de Paris, *fol.* 33. *recto.*

Avant ces Lettres, il y a: *Mandement pour ouvrer en la Monnoye de Sainct Quantin, II.^e Marcs d'Argent, à XI. deniers ſix grains fin.*

amez & ſeaulx-Gens de noz Comptes à *Paris,* ſans aucune difficulté; nonobſtant Ordonnances, Mandemens ou deffenſes à ce contraires. *Donné à* Paris, *le XVIII.^e jour de Decembre, l'an de grace mil III.^c IIII.^xx & deux, & de noſtre Regne le tiers, ſoubz noſtre Seel ordonné en l'abſence du Grant.* Par le Conſeil eſtant en la Chambre des Comptes, ouquel eſtoient les Treſoriers. H. GUINGUANT.

(a) Confirmation des Lettres de Sauvegarde Royale pour l'Abbaye de Saint Riquier.

CHARLES VI. à Paris, en Decembre 1382.

KAROLUS, &c. Notum facimus univerſis preſentibus & futuris, Nos inclite recordacionis cariſſimi Domini & Genitoris noſtri Litteras vidiſſe, formam que ſequitur, continentes.

CHARLES V. à Paris, en Novembre 1366.

KAROLUS, &c. Notum facimus univerſis tam preſentibus quam futuris, Nos inclite recordacionis cariſſimi Domini & Genitoris noſtri Litteras vidiſſe, formam que ſequitur, continentes.

(b) JOHANNES, &c.

Nos autem predicti Domini Genitoris noſtri veſtigiis inherendo, ad ſupplicacionem dilectorum noſtrorum predictorum Majoris, Scabinorum, ac tocius Communitatis Burgencium & habitancium predicte Ville noſtre Sancti Ricarii *in* Pontivo, *immediate juſticiabilium & ſubditorum noſtrorum, Litteras ſupraſcriptas, omniaque & ſingula in eiſdem contenta, rata habentes & grata, ea volumus, laudamus, approbamus, ratifficamus, ac de noſtris ſpeciali gracia & auctoritate Regia tenore preſencium confirmamus; & ex habundanti, de novo ipſos ſupplicantes, una cum eorum & dicte Communitatis bonis & rebus univerſis, in & ſub noſtris Regiis protectione & Salva-gardia ſpeciali, ad ſuorum & dicte Communitatis jurium conſervacionem, ſuſcipimus & ponimus per preſentes; & quia predicti* Johannes *de* Dompno Medardo *&* Stephanus Harnaz *deceſſerunt, & dictus* Petrus *de* Bonberch *Officio Sergenterie non utitur, prefatis Majori, Scabinis ac Burgenſibus & habitatoribus, totique*[a] *Communitate prefate deputamus in Gardiatores ſpeciales; videlicet,* Johannem *de* Buigny, Johannem *de* Sarton, Bernardum *de* Leures, Guilelmum *de* Hiſdins, Galterum Chepin, Johannem Vignon *&* Egidium Prepoſiti, *Servientes noſtros in* Baillivia Ambianenſi; *quibus & eorum cuilibet, in ſolidum tenore preſencium committimus & mandamus, quatenus prefatos ſupplicantes ac eorum Communitatem predictam, manuteneant & conſervent in dictis ſuis & eorum Communitatis juribus, bonis, juſtis poſſeſſionibus, uſibus, Conſuetudinibus, franchiſiis, Libertatibus & ſaiſinis; ac cetera omnia & ſingula faciant que virtute Litterarum preſcriptarum alii Gardiatores predicti juxta tenorem earumdem facere poterant & debebant; ſuper quibus & ea tangentibus, ab omnibus Juſticiariis & ſubditis noſtris, dictis Gardiatoribus & eorum cuilibet, pareri volumus & mandamus: Nolumus tamen quod ipſi Gardiatores de hiis que Cauſe cognicionem exigunt, ſe aliquathenus intromittant. Quod ut perpetuo firmitatis robur obtineat, preſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi Sigillum: Salvo in aliis jure noſtro, & in omnibus quolibet alieno.* Actum & datum *Pariſius,* menſe Novembris, anno Domini milleſimo CCC.^mo ſexageſimo ſexto, & Regni[b] tercio.

[a] Communitati.

[b] *noſtri.*

NOTES.

(a) Treſ. des Chart. Reg. 121. P. 226. *ter.*

(b) Johannes.] Ces Lettres qui ſont du mois de Decembre 1350. ſont imprimées dans le 4.^e *Vol. de ce Rec.* p. 26.

Le Regiſt. 121. fournit les corrections & les *variantes* ſuivantes.

P. 26.	Lig.	12.	Donno	*corr.*	*Dompno.*
	Lig.	14.	exhibit		*exhibitores.*
	Lig.	15.	conſervendum		*conſervandum.*
	Lig.	19.	indebite		*indebitis.*
	Lig.	22.	ad ordinandum		ad *adjournandum.*
P. 27.	Lig.	4.	nolimus		*nolumus.*